



17086

kat.komp

I Mag. St. Dr.

P

Thomas Eustachius


uli Petrarcha maerenti

PANDE - VITAE

Polon. 4<sup>o</sup>

№ 902.







PETRARCHA  
MÆRENS

Vrnam Iuridicam Viri Con-  
sultissimi & Doctissimi,

*Reuerendi Domini,*

D. THOMÆ EVSTACHII

à P I A T E K

S W I N I A R S K I,

I. V. Doctoris, Canonici Wielu-  
nensis, Parochi Luboricensis. Collegæ &  
Professoris in Alma Ac: Crac. ad Colleg:

DD. IURISPERITORVM

Lachrymis vberibus pertinxit

*Quas*

*PAVLVS GOSKI, Artium & Philosophiæ  
Baccalaureus, è funesto panno ex-  
pressit.*

CRAC. Typis Valeriani Piątkowski, A.D. 1641.

BIBLIOTH. UNIV.



JAGELLONICAE



*In Doctissimi Viri Patrum Stemma.*



*Stemma Togatorum, si conuenientius vllum  
Quam gaudere suo Marte, suoq̄ bono.  
Obtinet Habdankum, pridem Swiniarscia proles  
Non patet absq̄ mera, conditione rei  
Cornua bina notant virtutis, & inde laboris,  
Ius superest geminam, carpere grande viam  
Triuit iter iuris, Thomas Veriusq̄ potenter,  
Mortis & attriuit, iura nefanda minus.*

C. R. BIBLIOTHECA  
VNIV. MAGELLI 7086 I  
CRACOVENSIS



# FLEBILIS LACHRY- MARVM NIMBVS.

**L**vgubres Elegos, perfūdat Baldus & Azo  
Cū PETRARCHA suas, tingat in ore genas.  
Iurisconsultū lachrymoso, proh dolor ingens  
Funere Doctorem, contumulamus humi.  
Eloquar; ah Thomas digno Swinarcius æuo,  
Ah obijt: tristes oppetijtq; dies.  
Sydus in occasum deüergens, lumina cælat,  
Desijt orbe nitens, fundere nuncq; iubar.  
Falcifer infesto, speculans Deus ore; senilis  
Incendit furias, corde mināte necem.  
Infensus medio, Saturnus climate, regnum  
Cæpit vt hostili, ducere mente malum.  
Lechica consilium, nouit Respublica quorū,  
Eripuit quot eo, tempore Parca furens!  
Quippe stupēda magis, fortuna videť in Vrbe  
Quando Facultates, disgregat ipsa scholę.  
Canitie Venerandus olor Vadouius, eheu  
Diuinæ cecidit mens, animusq; scholæ



Doctor item Suadæ, perijt fax pura Latinæ,  
Petricius Medicâ, dignus in arte Pater  
Hē modo, de Piątek Thomas Swiniarsci<sup>9</sup> vrbi  
Craciacæ mæstum, dixit ab ore Vale.  
Egregios felix, Academia Mater Alumnos,  
Sustulit è gremio, mors violenta tuo  
*Fundite cum lachrymis, mæretia carmina Muse,*  
*Concidit heu Doctor, iure probatus humi.*  
*Heu lachrymas, eheu plāctus, eheu lachrymas, heu*  
*Occidit, occidit ab, vir probitate pius*  
Ne fileam meritos, defuncti corporis actus  
Cū lachrymis veniunt, cūcta nouāda meis  
In Tarteffiacis, adamante notabo tabellis,  
Mnemosynon vitæ, fixero namq; bonæ.  
Hospite mēte Virum, quisquis si nouit in vrbe  
Astripotens det ei (dicat) in axe locum.  
Non semel ære stipē, turbæ largitus egenę,  
Quamq; manum nouit, Relligiosa domus.  
Hunc ædes Luboricensi sacra rure Patronū,  
Cōmemorat meritò, semper adusq; bene.  
Quādoquidē vigilans, cōmissi pastor ouilis,  
Immites rabido, depulit ore lupos



Virginis intactæ, Pęstana Rosaria seuit,  
Villa rudis niueas, colligit vsq; rosas.  
Auxit opę sanctā, Sāctos benefactor ad ōnes,  
Largius æs fundens, de locuplete manu.  
Et pro posse dedit, Diuæ satis ædibus Annæ,  
Hinc animæ requies, mitis vt axe foret.  
Sede Vielunensi, præsens Ecclesia gratam,  
Hinc Mecænatis, sensit adesse manum.  
Experiuntur item, Collegæ voce Minores,  
Gratificam mentem, non sine laude Viri.  
Municū memorāt, Piątkouia septa fauorē,  
Hic quibus officio, sciuit adesse suo.  
Vir grauitate probus, senio venerandus opimo,  
Cui igitur terris, æquiparandus homo?  
Ædiculis placidā pprijs, sacra Magdalis aurē,  
Ad pia vota senis, vertit & ora patris  
Sensit inexpertem, Cui auiua vasta Magistrū,  
Artidoci genij, consilijq; viram.  
Lustra decem studijs, profitēdo iura peregit,  
Quot reliquo studio, posco subesse quijs?  
Sēper enim Piątkum, summē Vadouius arsit,  
Illius Vrbe Senex, arsit & ipse simul



Et neq; sic redamat germanū, Castora pollux,  
Mutuus atq; virūm, binus habebat amor.  
Scripto, voce, manu, persuasu, crebrius egit,  
Iudicio, motu, suasit agenda cui.  
Sæpius è doctis, prudens sententia labris,  
Fluxerat: alloquio quā resonante tulit.  
Mente serenatâ, lætam duxisse senectam,  
Nestor vt arbitror, vix retulisse quijt  
Quinq; senex duxit, feliciter insuper annos,  
Triuit Olympiadas, carne quod orbe nouē.  
Assyrijs longæua focis, tot secula Phænix,  
Vix superat: ceruus vix fugibundus adit.  
In superū plerumq; viros, promouit honorē,  
Sors quibus auxilium, dempsit iniqua suū.  
Si vidisse virum, grauitate subincidit vnquā,  
Hoc puto nil maius, nil grauiusq; fuit.  
Roma potēs, vidisses prōptum voce Maronē,  
Tullius eloquio, cinxit vt ille suo  
Iustinianæni, venerandus Doctor honoris,  
Cañonici pariter, iuris amorq; fuit.  
Mens Decij generosa, senis grauitasq; Catonis,  
Suasus & Altilij, verba Periclis erant.

Robo-



ix,  
or.  
it,  
Robore Scipiadū *vegeto*, Mariū feruore refina  
Fabricium factis, religione Numā. (xit,  
*Fundite cum lachrymis, mærentia carmina Musæ,*  
*Concidit heu Doctor, iure probatus humi.*  
*Heu lachrymas, eheu plâctus, eheu lachrymas, heu*  
*Occidit, occidit ah, vir probitate pius.*

EXTREMA VITÆ PERIODVS FLE-  
TVM CIET. DOCTOR IVRIS.

os,  
ē.  
ē.  
ū.  
ia,  
ē,  
Doctor erat *fidus*, concepti *iuris* et *equi*,  
*Sat decuit Magnum, cognita causa virum.*  
*Mente sua voluens, quàm plurima iura notauit,*  
*At mortem nullo, prendere iure quijt.*

12. DIE

Grex duodenus, *Apostolico patet ordine, mortis*  
*Atque Viri numerus, fert quoq; luce diem*  
*Seu Diuos cape, siue diem per se seris illam,*  
*Sic capiunt Diui, cepit vt huncce dies.*

I V N I I.

is,  
Q-  
*Nestoris in Pylio, venerandam crine senectam,*  
*Orcigene fati, surripuere Deg.*  
*Menſis adhæc Iunij, lethalem subdidit horam,*  
*Num Iunij laus est, tollere carne senem e*

Post



POST MERIDIEM.

*Deiitavit iter, flagranti sole, refectus  
Prandia post abiit, mortis adusque scopum.  
Aeris ipse tepor, saturum quoque corpus ad astra,  
Fugera mortis enim, pergere plura dedit.*

In signo leonis diurno.

*Torrída Sarmático, Nemeęum zonaleonem,  
Axe refert, solis signa diurna trahens.  
Æstifer ipse pepercisset leo, credo senectę  
Parcere non potuit, trux Libytina leo.*

Obijt

*Carne senex obiit, celesti pace fruatur,  
Vixit homo frugi, pace potestque frui.*

**A stripotente precor, defuncti  
sede quiescant.**



